

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte
Lateinische Grammatica**

Lange, Joachim

Halle, 1726

Membrum III.

[urn:nbn:de:bsz:31-263836](#)

MEMBRUM III.

D E

REGULIS SPECIALIS- SIMIS.

ULTIMARUM SYLLABARUM.

§. I. Desinentia in *A, E, Y, YS, IS, US*, nec non
in *B, D, L, M, N, R, T*, corripiuntur, ut *mensa, cu-*
bile, moly, chelys, ignis, annus, ab, ad, at, caput,
animal, nomen, pater.

Nor. M. breve in compositione tantum cognoscitur &
quidem sequente vocali: ut in *circumago, circumeo.*

EXCEPTIONES.

Producuntur in A.

1. Indeclinabilia: ut *antea, contra, triginta &c.*
Sed *eja, ita, quia, postea* semper: & Numeralia
interdum etiam brevia sunt.
2. Vocativi primae Declinationis a Nominibus
in *AS:* ut *Enea, Sarana.*
3. Ablativi primae Declinationis: ut *Mensa,*
Enea.
4. Imperativi primae Conjugat. ut: *ama.*

Producuntur in E.

1. Ablativi V. Declinat. v. g. *die, re, sive.* Sed
& composita *hodie, pridie, postridie, quare.*
Huc refer *fame.*
2. Imperativi Sing. in II. Conjug. v. g. *Doce.*
Sed *Cave,* nec non composita *videlicet* & *va-*
ledico saepe corripiuntur.

3. Ad

MEN

3. Adverbia in E facta e Nominibus secundæ Declinationis: v. g. *Docle, valde, belle, optime. Sed bene & nō brevia sunt.*
4. *Ferme & ob⁹ producuntur: fere autem ultimam habent anticipitem.*
- (4) Græca in E primæ Declinationis, ut *Epitome: i.e. pluralia mele, tempe, cete.*

Producuntur in IS.

1. Dativi & Ablativi: ut *mensis, servis, nobis, vobis.*
2. Hæc nomina: *Lis, glis, dis, vis;* nec non declinatur per *itis, itis & entis,* v. g. *Salamis, salaminis, Samnis, samnitis, Simois, simoentis.*
3. Secunda Sing Praes. Indic. Verborum IV. Conjugationis: ut *audis, abis.*
4. Vis, sis, velis, cum Compositis: ut *quamvis, quidam, adsis, possis, malis, nolis.* Item Adverbia gravis & fortis.

Ris ultimā Futuri Conj. est anceps, v. g. dixeris.

Producuntur in US.

1. Nomina Tertiæ Declinationis, quæ u in Genitivo non sent, v. g. *Tellus, uris &c. Sed Ligus, uris, (Ligula, pecus, udis, intercus, utis, brevia sunt.*
2. Genitivus Sing. Nom. Acc. & Vocat. Flur. Nomini quartæ Declinationis: ut *Fructus.*
3. Græca in US: ut *Jesus, Panthus, tripus, Melampus.* Sed *Polypus* ultimam corripit.

Producuntur.

1. Græca in ER imparisyllaba & desinentia in N. v. g. *Aer, æther, character, crater, Iber, spinter, Tidelphin &c.* Huc referatur *lien;* & Accus. Græcum & en, ut *Aenean, Anchisen.*
2. Plerumque peregrina, si apud Græcos sit longa vox ut *Iob, Daniel, Simson &c.*

§. II. Desinentia in I, U, AS, ES, OS, & C, producuntur, ut *gumni*, *cormi*, *amas*, *bonitas*, *doce*s, *des*, *pares*, *bonos*, *dominos*, *os* (*oris*), *dts*, *hac illuc*.

EXCEPTIONES.

Corripiuntur in I Dativi & Vocabativi Græci, v. g. *Palladi*, *Minodi*, *Titan*, *Pari*, *Daphni*: & plerumque etiam *nisi* & *quasi*.

Producunt tamen ultimam *Orephi*, *Pyladi*, quia terminacione mere latina sunt; item *Demostheni*, *Socrati*, *metamorphosi*, quia ex contractis Δημοσθένεις, Σωκράτεις, μεταμορφώσεις veniunt; etiam *Paridi*, *Thebidi*, *Tyndaridi*, sed vi cæsuræ, ut viderur,

Indifferentia sunt: *michi*, *tibi*, *sibi*, *ibi*, *ubi*, & *ut* cum compositis, *ubicunque*, *ubivis*, *sicubi*, *sicuti*, *veluti*. &c.

Sed *ibidem* & *ubique* longa sunt: *utique* breve est.

Corripiuntur in AS per *adis* declinata, v. g. *Vas*, *vadis* *Pallas*, *Arcas*, *Plejas*. Item *anas*, *anatis*: nec non Accusativi Græci tertiae Declin. v. g. *Troas*, *Hectoras*, *Arcadas*, *Rhetoras*.

Corripiuntur in ES

1. Nomina tertiae declin. quæ in Gen. crescunt, penultima brevi, ut *miles*, *seges*, *præses*, &c. præter *Ceres*, *aries*, *paries*, *abies*, *heres*, *quies*, *locuples* & *pes* cum compositis, quæ longa sunt.

2. Nominativi & Vocabativi plurales græci ex *i*: ut *ea-coethes*, *Troades*, *Arcades*, *crateres*.

3. Præpositio *penes* & *es* a verba *Sum* cum compositis; Sed *es* ab *Ego* producitur.

Corripiuntur in OS

1. *Os*, (*osfis*) *exos*, *compos*, *impos*,

Z

2. Græc.

2. **Græca**, quæ per o scribuntur; ut *Arctos*, *Argos*,
los; item *Arcados*, *Thetyos* & similia.

Corripiuntur in C nec & donec.

Communia sunt *fac* & *bis* Pronomen: *bis* Adverb
est longum.

§. III. In O communia sunt v. g. *amo*, *leo*,
ambo, *ego*.

EXCEPTIONES.

Producuntur.

1. Dativi & ablativi, v. g. *servo*. Gerundia etiam
producuntur.

2. Adverbia e Nominibus orta v. g. *subito*,
multo, *quanto*. Huc referit; *adeo*, *ideo*, *ultra* &
pro causa.

Corripiuntur saepius & melius quoque: *imo*, *cito*,
modo, *dummodo*, *postmodo*, *ergo* pro igitur, & cetera
dic aut porridge: interdum etiam *profecto* & vero.

* * *

N. 1. Monosyllaba in vocalem exeuntia producuntur:
ut *a*, *ab*, *e*, *de*, *me*, *te*, *se*, *ne*, *o*, *pro*, *prob*, *do*, *da*
Exc. Encliticæ *que*, *ne*, *ve*, & adjectiones syllabicae,
ce, *te*, *pte* corripiuntur.

2. Nomina Monosyllaba itidem producuntur, ut:
sal, *sol*, *ren*, *splen*, *par* cum compositis. Huc
quin. *fin*, *en*, *non*, *cur*.

Except. Brevia sunt: *sel*, *mel*, *vir*, *cor*, *vas* vadit
ossis.

POETICÆ CAP. II.

D B

CARMINUM GENERIBUS.

§. I. **Carmen** est concinna versuum congeries.

§. II. **Versus** est legitima vocum compositio, certo modo ac numero definita. Dicitur etiam **metrum**.

§. III. **Pes** est certa syllabarum ratione quantitatis numeri constitutio: complexus autem ejusmodi syllabæ est **regio metrica**, seu locus, quem pes quisque occupat.

§. IV. Ex pedum numero sit Scanſo, seu versus dimenſio secundum regiones, & pedes.

§. V. In dimensione observanda est Cæſura, quæ est decora diſtioniſ per pedes interſectio, ita ut ultima vel penultima ſyllaba novum pedem inchoet. Unde versus, Cæſura carens, nullam habet gratiam, ut:

Nuper quidam doctus cœpit ſcribere verſus.

Defectum cœluræ habent verſus tardogradi, ut:

Conturbabantur Constantinopolitani

Innumerabilibus ſollicitudinibus.

§. VI. Pedes vero ſunt vel diſyllabi, vel trisyllabi, vel tetraſyllabi,

§. VII. Diſyllabi quatuor:

Spondeus - omnes Trochæus - v ſervat.

Pyrrhichius vv Deus Jambus v- pios.

§. VIII. Trisyllabi ſunt octo, quorum uſtatiōres ſunt:

Dactylus - vv optima.

Anapætus vv - domino.

Molossus --- iſlani.

Tribrachys vvv legere.

Bacchius v - gubernans.

§. IX. Tetraſyllabi ſunt ſedecim, quorum uſtatiōres ſunt:

Dispēndus ---- concludentes.

Choriambus - vv - eſt requies.

Proceleusmaticus vvvv hominibus.

Dijambus v - v - ſeveritas.

§. X. Uſtatiōra carminum genera ſunt Adonicum, Herod-

cum ſive hexametrum, Elegiacum, Anapæticum, Jambi-

cum, Trochaicum, Phalacrum, Sapphicum, Glyconicum,

Choriamicum, Alcaicum & Archilochium. Quorum u-

niamque conſtituitur e concinna verſuum congerie.

§. XI. Verſus ADONICUS eſt quaſi exitus Hexametri.

Duas enim continent regiones, quarum prior exhibet Da-

dylum, posterior Spondeum vel Trochæum, ut:

vv I -- ſis mihi preſens


- v Rebus in arclis,

Christi Redemptor.

Z 2

§. XII

¶ §. XII. Versus HEXAMETER constat sex regionibus ad
quarum quatuor priores promiscue habent vel Dactylum,
vel Spondeum, quinta solum Dactylum, sexta Spondeum
vel Trochæum, ut:



Illi inter se magna vi brachia tollunt. Virg.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Id.

Not. 1. Quinta regio interdum ob scribentis affectum ha-
bitus admodum Spondeum, præcedente tamen Dactylo, unde
jusmodi versus *Spondaicus* dicitur, ut:


Caro Deum siboles, magnum lovis incrementum. Virgil. *el sen.*

2. Cavendum est, ne Hexameter desinat temere in
cēm monosyllabam (nisi præcedente altera mono-
laba, ut: *Principibus placuisse viris non ultemā*
est;) aut retrasyllabam, ut:

Augescunt aliae gentes, aliae minuantur. Lucret.

3. Genus Hexametrum vocatur *Heroicum*: quia
atrium virorum rebus gestis, stilo magnifico de-
bendis, quam convenientissimum est.

§. X II. Versus PENTAMETER, qui in genere elegi-
versui hexametro semper subjecitur, haber quinque re-
gnes & dividitur in duo *Hemistichia*: quorum prius in du-
regionibus admittit vel Spondeum vel Dactylum, reman-
te syllaba longa dictiōnem finiente; posterius duos Da-
los, remanente syllaba longa vel brevi. Quae dñe reman-
tes syllabæ quintam regionem efficiunt. Forma hæc est



Horrebant saevis ownia verba minis.

Sit bene conveniens & sine labe toga.

N. 1. Hexameter cum Pentametro venuste perfec-
tentiam, saltem colon, continet.
2. Neutrū Hemistichium commode desinat in vocem
monosyllabam, nisi præcedente alia v. g.
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
3. Ultima pentametri vox non facile solet esse duabus
labis longior.

§. X
bus ad
tum

§. X
1.7.) 1a
aut Da
brachy-
quentie

Sunt
Sen.

Ola
lam

Not 1.

2. Ex

ti

Rece

Nov

3. la

cl

ac

te

Se

§. X

3. 5. 7

§. XIV. Versus ANAPÄSTICUS primis duabus regionibus admittit Anapæstum vel Spondeum, tertia Anapæstum, quartum syllabare residua, ut :

vv - vv - | vv - | v Jam mæsta quiesce querela;
 | | | Lacrimas suspendite matres:
... | - | - | - Veniant modo tempora justa.

§. XV. Versus IAMBICUS est, qui locis *imparibus* (1. 3. 5. 7.) Iambum, Spondeum, rarius Tribrachyn, Anapæstum aut Dactylym: *paribus* autem (2. 4. 6. 8.) Iambum aut Tribrachyn recipit. Nomen habet a pede *lamo*: qui quo frequentius in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt autem versus Iambici vel *quaternarii*, qui quatuor; vel *senarii*, qui sex: vel *octonarii*, qui octo constant pedibus,

Forma Iambici Quaternarii, unde ceteri
djudicari possant, hæc est.

1.	2.	3.	4.
v-	v-	v-	v-
-	-	-	-
Rarius			
vvv	vvv	vvv	vvv
vv-		vv-	
-vv		-vv	

O lux beata Trinitas! O principalis unitas!
Iam sol recedit igneus: Infunde lumen cordibus.

Not 1. In hoc genere Rhythmi valde jacundi sunt.

2. Ex Iambico quaternario fit versus Anacreonticus, si ultima syllaba rescindatur, hoc modo.

Recessit umbra noctis: Ab arce Phœbus alta

Novum jubar decorus Micante fonsit ore.

3. Iambicus senarius dicitur *choriambicus* vel *scazon* sive claudicans, quando in fine Spondeum vel Trochæum admittit, quinta regione necessario Iambum requirente, ut :

Sed non videamus mantice quod in tergo est.

§. XVI. Versus TROCHÆCUS est, qui locis *imparibus* (3. 5. 7.) Trochæum, rarius Tribrachyn: *paribus* autem.

H. v. 3. (2. 4.

(2. 4. 6. 8.) **Trochæum** vel **Spondeum**, rarius **Tribrachyn**, **Anapæstum** vel **Dactylum** recipit. Nomen habet a pede **Trochæo**: qui quo frequentior in hoc genere est, eo **venustior** est versus.

Sunt autem versus Trochaici non minus varii, quam Jambici: usitatislimus tamen est **octonarius**, regionem ultimam una syllaba finiens. Forma ejus haec est:

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
-v	-v	-v	-v	-v	-v	-v	-
--	--	--	--	--	--	--	v
<i>Rari</i>	<i>us</i>						
v v v	v v v	v v v	v v v	v v v	v v v	v v v	
v v -	v v -	v v -	v v -	v v -	v v -	v v -	
-vv	-vv	-vv	-vv	-vv	-vv	-vv	

*Ipse jussit & creata; dixit ipse, & facta sunt:
Terra, cælum, fossa ponti, trina rerum machina.*

§. XVII. Versus **PHALÆCIUS** quinque habet regiones; quarum prima recipit Spondeum, secunda Dactylum, reliqua tres Trochæum, ut:

- vv | - v | - v | - v | -

*Audit cuncta Deus videtque justus,
Vitam quæ faciunt beatiorem.*

Not. Hi versus a syllabarum numero vocantur **hendecasyllabi**.

§. XVIII. Versus **SAPPHICUS** quinque constat regionibus; quarum prima recipit Trochæum, secunda Spondeum, tercia Dactylum, quarta & quinta rursus Trochæum, ut:

- v | -- | - vv | - v | - v | -

Integer vitæ scelerisque purus.

Not. i. Tertio cuique versui adnecti solet Adonicus; qui periodum plerumque claudit, ut:

Rebus angustis animosus atque

Fortis appare; sapienter item

Contrahes vento nimiam secundo

Turgida vela. Hor.

2. Tr.

2. Trajectis vocibus versus Sapphicis in Phalæcium potest commutari; unde summa utriusque generis est similitudo, ut

Sapphicis: Non eget Mauri jaculis nec arcu.

Phalæcins: Non Mauri jaculis eget, nec arcu.

§. XIX. Versus GLYCONICUS (sic dictus ab auctore Glycone) constat Spondeo, Choriamb & Jambo, ut:

-- | -vv- | vv Velita: -- | -vv | -vv | -v-

Tandem regia nobilis

Antiqui genus Inochi

Fratrum compositi minas.

§. XX. Versus CHOR(AMBI)CUS præ ceteris amat choriambum pedem, & habet hanc formam:

-- | -vv- | -vv- | vv Mæcenæs, atavis edite regibus.

§. XXI. Versus ALCAICUS in prima regione habet Spondeum vel Trochæum, in secunda Bacchium, in tertia & quarta Dactylium. Horatius binis Alcaicis duos semper alios jungit; quorum unus est Jambicus quaternarius cum syllaba abundante; alter Alcmanius dactylicus. Forma carminis Horatiani hæc est:

Alc.	--	v - -	-vv	-vv
	v			
Jamb.	v -	v -	v -	v - v
	--	--	--	--
Alc.	-vv	-vv	-v	-v

Dulce & decorum est pro patria mori:

Mors & fugacem persequitur virum,

Nec parcit imbecillis juventæ

Poplitibus timidoque tergo.

§. XXII. Versus ARCHILOCHIUS ita disponitur:

-vv | -vv | -vv | -vv | -v | -v | -v

Desine flere bonum tantum: tenet ille regna cœli.

POETICÆ CAP. III.

DE RELIQUA CARMINUM DISTRIBUTIONE
ET APPELLATIONE.

§. I. Ratione objecti seu materia carmen est varium; prout materia est vel laeta, vel tristis, vel laudativa.

§. II. Ratione materia letæ carmen præcipue est

1. *Genethliacum* seu natalitium, quod in honorem natum conscribitur.

2. *Epithalanium* seu nuptiale, quo nuptiae celebrantur.

3. *Propempticum* seu apobaterion, quod abeuntis votis bonisque omnibus prosequitur.

4. *Epinicium*, quo victoribus gratulamus.

§. III. Ratione materia tristis carmen est

1. *Epicedium* seu funebre, in defunctos. (bitur,

2. *Epitaphium*, quod defuncti tumulo aut cippo inscri-

3. Huc accidunt *Threni*, quibus eversionem urbium aut regionum lugemus.

§. IV. Ratione materia laudativæ carmen dicitur

1. *Hymnus*, quo Dei laudes celebrantur.

2. *Soterion*, quo Deo pro præstita ope ac salute gratis agimus. (tur,

3. *Onomasticon*, quod nominis alicujus laudibus absolvit.

4. *Encomiaстicon*, quod aliarum rerum vel personarum laudes describit. Huc pertinet (tatu,

5. *Panegyricum*, quod publice in magna frequentia redit.

§. V. Ratione materia media ac promiscua carmen est

1. *Emblema* seu morale, picturæ vel symbolis additum, Talia sunt *Alejati*, *Camerarii* & aliorum.

2. *Epigramma*, seu carmen breve & argutum.

3. *Ode* seu carmen breye lyricum, quod olim ad lyram & chelyn canebatur.

4. *Aenigmaticum*, quod rem obscuritate quadam ingnoſe involvit.

§. VI. Carminis Enigmatici rursus varia sunt genera. Huc enim refertur

1. *Anagramma* seu *Anagrammatismus*, quo ex unius vel plurium vocum literis transpositis alias eruimus voces, easque in subiecto carmine applicamus vel explicamus: ut ex *Leopoldus*, pello duos.

2. *Etenstichon*, quod literis numeralibus (I. V. X. L. C. D. M.) majusculis certum annum designat.
3. *Acrostichis* seu *Acrostichon*, quod ex primis cujusque versiis literis certas voces connectit.
4. *Palindromon*, quod antrosum & retrorsum eodem aut proorsus alieno sensu legi potest, ut:
Signa te, signa, tenere me tangis & angis.

In Pium I. Pontif.

*Laus tua, non tua fraus: virtus non copia rerum,
Scandere te fecit hoc decus excium.*

Retrosum.

Excium decus hoc fecit te scandere rerum

Copia, non virtus: fraus tua, non tua laus.

5. *Logogriphus*, quo diversa ex eodem nomine significata eruuntur; ut *Muscatum*.

Si caput est, currit: ventrem conjunge, volabit.

Adde pedes, comedes: & sine ventre bibes.

6. *Echo*, quod carminis genus in fine versuum aut stropharum ultimas syllabas repetit: quae præcedentem sententiam illustrant, aut sensum diversum, vel etiam contrarium, aut proorsus inexpectatum, inferunt.

§. VII. Præterea carmen varie appellatur, & quidem
1) a versuum numero, vel *dissichon*, *trisichon*, *tetrasichon* &c. Unde porro a reversione vocatur vel *distrophon*, *tristrophon*, *tetristrophon*: cum post secundum vel tertium, aut quartum versum revertimur aut potius convertimur ad novæ strophæ initium. Huc refer versus *intercalares*, qui post aliquot versus inserti repetuntur, ut:

Incipe Mænalias tecum mea tibia versus, Virg Eccl. 8.v.21.

2) a forma seu compositione: vel *Monocolon*, quod constat ex uno genere carminis; vel *Dicolon*, quando duo carminum genera miscentur, ut Hexametrum cum Pentametro; vel *Tricolon*, cum tria miscentur. (ticum).

§. VIII. Tandem carmen est vel *Exegeticum* vel *Drama-Exegeticum* constat simplici & directa narratione & rursus distingui potest in *Didascalicum*, *Ethicum*, *Historicum*, *Epistolicum*.

Carmen *Dramaticum* seu *Drama* sub personis factis sine

Z 5 audio-

auctoris interlocutione rem narrat: & rursus distinguuntur in *Comicum*, *Tragicum* & *Bucolicum*. *Comicum* seu *Comœdia* actiones lœto repræsentat exitu: *Tragicum* seu *Tragœdia* tristi: *Bucolicum* autem est pastorale, quod *παντοχώρι* vocatur.

§. IX. Ratione soni versus singulatim considerati sunt

1. *Vel asperi & streperi*, ut:

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Virg.

At tuba terribili sonitu tarantaria dixit. Enn.

2. *Vel Sonori & Emphatici*, qui concinna syllabarum & pedum modulatione pro dignitate & indole rei formantur, in quibus Virgilius fuit felicissimus, ut:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Virg. En. I. 8. v. 596.

Illi inter se magna vi brachia tollunt.

Aere ciere viros martemque accendere cantu.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

3. *Leonini* seu *Rhythmici*, qui in medio & fine æqualiter desinunt, Germanice die *Knüttel*. *Verse*, ab assultu pœrili, qui gravem dedecet poetam, e.g.

Tempore felici multi numerantur amici.

Cum fortuna perit, nullus amicus erit.

Cum canis os rodit: socium, quem diligit, odit.

POETICÆ CAP. IV.

DE FIGURIS POETICIS.

- §. I. *Figuræ Poeticæ magna ex parte etiam vocari possunt Orthographicæ: & respiciunt in vocibus vel defectum, vel abundantiam, vel commutationem,*

§. II. Ad defectum reserri potest

1. *APHÆRESIS*, seu ablatio literæ vel syllabæ a principio dictionis. Ut: *pone metum, pro depone, temnere, pro contemnere.*

2. *SYNCOPE*, quæ literam vel syllabam e medio dictionis aufert. Ut: *Deum pro Deorum, reposum pro repositum, dixi pro dixishi.*

3. *APOCOPE*, quæ aliquid in fine aufert. Ut: *Cura peculi pro peculii, noslin pro nosline?*

4. ELLI-

4. ELISIO, cum vocalis aut diphthongus in fine dictionis
cum M, aut sine eo, a sequente vocali aut diphthonge
quasi eliditur, saltem dissimilatur. Ut:
Non facile est (facil est,) aqua commoda mente pati.
Audendum est (audend est) fortes adjuvat ipse Deus.
- ¶. I. In concursu vocalium nulla littera H habetur ratio
Ut: *Vixque habet in nobis jam nova plaga locum.* Ovid.
2. Quando vocalis aut diphthongus a sequente non elidatur, ista figura vocatur *Hiatus Metricus.* Ut:
Et succus pecori & lac subducitur agnis. Virg.
- §. SYNÆRESIS seu CRASIS, cum duæ syllabæ in unam
contrahuntur. Ut: *negoti pro negotii.* Stat sua cuique dies Sic huis pro huic.
*Seu lento fuerint alvearia (tetrasyllabum) vimine
texta.* Virg.
- Sic I. ante aliam Vocalem in J. mutatur. Ut:
Omnia, dissyllabum; abietibus terrasyllabum.
- §. III. Ad literarum & syllabarum redundantiam pertinet:
1. PROSTHESIS, quæ dictionis initio literam vel syllabam
addit: *Gnatus pro natus, tetuli pro tuli.*
2. EPENTHESIS, quæ dictioni medio aliquid interponit
ut: *Navita pro nauta, set pro fit.*
3. Diplasiasmus, seu geminatio ejusdem consonantis in dictionis medio: *Relligio pro religio: Repperit reliquia, pro reperit, reliquiae.*
4. Paragoge seu appositiō, quæ sit ad dictionis finem. Ut:
Dicier pro dici.
5. Diæresis, seu divisio unius syllabæ in duas. Ut *Stamina
non ulli persolvenda (pentasyllabum) Deo,*
- §. IV. Ad commutationem resertur (aliis Ut:)
1. Timeſis, seu lectio unius vocis seu compositæ interjectis
Est boreas regio septem subjecta triomi. Virg.
Quo me canque rapit tempestas, deseror hospes. Hor.
2. Matathesis, seu literarum transpositio. Ut: *Teucr' pro
Teucer.*
3. Systole seu correptio syllabæ longæ. Ut: *Obstupet, stete-
runtque come & vox faucibus hastit.* Virg.
4. Diastole seu productio syllabæ brevis. Ut: *Exercet Dia-
na choros.* *Omnia*

Omnia vincit amor & nos cedamus amori. Virg.
 §. V. Præcedentes figuræ nituntur *licentia Poetica*.
 Confer Rhen. p. 476 - 479. (memoriales:

§. VI. De his figuris notari possunt sequentes versus;
Prosthesis apponit capiti: sed *Aphæresis* aufert.
Syncopa de medio tollit: sed *Epenthesis* indit.
Aufert Apocope finem: sed *Paragoge*.
Dicitur e binis conflare *Synæresis* unam;
Littera si legitur transposita, *Metathesis* extat;
Compositæ vocis *dissectio* *Tmesis* habetur.

VERSUS MEMORIALES.

Conjugia affines faciunt, confinia, campi.
Consument ventres, uterus parit, egerit alvus.
Improba cantat anus, sed ventrem dejicit anus.
Casside conde caput, capiuntur cassibus apri.
Armus brutorum est, humerus ratione frumentum.
Cedo facit cessi, cecidi, cado, cædo, cecidi.
Clava ferit, clavus firmat, clavisque recludit.
Fert ancilla colum, penetrat res humida colum.
Est cutis in carne, est detracta e corpore pellis.
Cominus ense ferit, jaculo cadit eminus ipse.
Fructus arboribus, fruges nascuntur in agris.
Comædi scenam, comedones querite cœnam.
Vir comis multos comites sibi jungit amicos.
Confortes fortuna eadem, socios labor idem,
 Unum collegas efficit officium,
Consulo te doctum: tibi consulo, dum tua curio.
Sanguis ineft venis, crux est de corpore fulus.
Deleo scripteram, cum flamma extinguo lucernam.
Vin, tibi dicamus, cui carmina nostra dicamus.
Pornix est arcus, sed fornax saxa perurit.
Pistor habet furnum fornace hypocausta calecunt.
Se parat, ut pariat mulier, nec pareat ulli.
Robustum fugio, fugientem sœpe fugavi.
Vir generat, mulierque parit: sed gignit uterque.
Gustat lingua cibum, qui bene cunque sapit.

Lacteo,

La^ceo, lac sugo : la^cto, lac præbeo nato.
 In sylvis lepores, in verbis quære lepores.
 Ad flumen ripas, ad mare littus habes.
 Sulcus agri lira est, dat lyra tacta sonum.
 Frontem dic capitis, frondem dic arboris esse.
 Deceptura viros pingit mala fœmina malas.
 Mala mali mali meruit mala maxima mundo.
 Malo tamen pulchrum malo decerpere malum.
 Gibbus terga premit ; cervicem struma molestat.
 Merx venit nummis, operantibus est data merces.
 Morio moratur, quoconque sub axe moratur.
 Mulet equos famulus, sed vaccas rustica mulget.
 Ales birundo canit, nat hirudo, movetur arundo.
 Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.
 Difficilis labor hic, sub cuius pondere labor.
 Non licet asse reihi, qui mi non asse licetur.
 Vir notus est spurius, notus austus, notus amicus.
 Opperior tardos, pannis operitur egenus.
 Ungula de brutis . reliquorum dicitur unguis.
 Os, oris loquitur : sed os, ossis roditur ore.
 Pendere vult justus, sed non pendere malignus.
 Pro reti & regione plaga est : pro verbere plaga.
 Populus est arbor, populus collectio gentis.
 Corpore robustum, sed dices pectore fortem.
 Scintilla est silicis cæsi : caret igne favilla.
 Ne sit securus, qui non est tutus ab hoste.
 Sunt ætate senes, veteres vixere priores
 Quæ non sunt, simulo : qua sunt, ea dissimulantur.
 Torris adhuc ardens, extintus titio fiet.
 Tribula grana ferit, tribuli nascentur in agris.
 Prura prior, puppis pars ultima, ad ima corina.
 Tergum hominis dorsum est, bellua tergus habet.
 Vallamus propriæ castrum, sepimus oviile.
 Spondet vas vadis : at vas vasis continet escam.
 Merx nummis venit : venit hoc aliunde profectus.
 Alga venit pelago, sed nascitur ulva palude.
 Qui sculpit, calat ; servans abscondita celat.

Cognac-

Cognationes.

*Agnati patris, cognati matris habentur.
Dic patruos patris fratres: amitasque sorores.
Frater avunculus est, soror est matertera matris.
Quos generant fratres natos, dices patruos;
Sed consobrinos dic, quos peperere sorores,
Quos soror & frater gignunt, dices amitinos.
Vir natæ gener est; nurus autem feminæ nati.
Uxor genitor sacer est: sacerusque genitrix.
Vitrius haud æquus pater est, materque novorca.
Ipse viri frater levir: uxor quoque fratis
Fratria: glos uxor fratri, soror atque mariti.*

Æstates hominum.

*Infans, (5) post puer (14) ac adolescens, (25) tunc Juvenis, (35) vir (55):
Dicitur inde senex, postea decrepitus.*

Quinque sensus hominum.

*Gustus & olfactus, auditus, visio, tactus.
Nos aper auditu præcellit, aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx visu, simia gustu.*

Quatuor plaga mundi.

Ortus & Occasus, Septentrio, Meridiesque.

Quatuor venii cardinales.

*Asper ab axe ruit Boreas, furiit Eurus ab ortu.
Auster amat medium solum, Zephyrusque cadentem.*

Duodecim vortorum nomina.

*Flat Subsolanus, Vulturinus & Eurus, ab ortu.
Circius occasum Zephyrusque, Favonius afflant.
E solis medio emergunt Notus, Africus, Auster.
Conveniunt Aquilo, Boreas & Caurus ab ursa.*

Quatuor anni tempora.

*Ver, æstas, auctumnus, hiems dominantur in anno.
Æstas a Geminis, Auctumnus Virgine surgit;
Bruma Sagittifero, Ver Piscibus incipit esse.*

Dob.

Duodecim signa zodiaci.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
 ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
 Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.
 ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Septem Planetæ.

- | | | | |
|--------------|---|-------------|---|
| 1. Saturnus, | ♄ | 2. Jupiter. | ♃ |
| 3. Mars, | ♂ | 4. Sol. | ○ |
| 6. Mercurius | ☿ | 5. Venus. | ♀ |
| | | 7. Luna, | ☽ |

Post SIM SUM sequitur, pallida Luna subest.

Septem dies hebdomadis

Dies Solis, ☽ Sonntag. Dies Mercurii, ♀ Mittwoch.
 Dies Lunæ, ☼ Montag. Dies Jovis, ♄ Donnerstag.
 Dies Martis, ♂ Dienstag. Dies Veneris, ♀ Freitag.
 Dies Saturni (Sabbati) ♄ Sonnabend.

Duodecim menses anni.

- 1) Januarius der Jenner, d. 31.
- 2) Febrarius Horznung, 28. (29)
- 3) Martius Merk, 31.
- 4) Aprilis April,
- 30.
- 5) Maius May, 31.
- 6) Junius Brachmonat, 30.
- 7) Julius (Quintilis) Heunmonat, 31.
- 8) Augustus (Sextilis) Augustinonat, 31.
- 9) September Herbisonat, 30.
- 10) October Weinmonat, 31.
- 11) November Wintermonat, 30.
- 12) December Christmonat, 31.

Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris.

Junius aestatis, post Julius Augustusque:

Autumnus Septembri est Octobri atque Novembri.

Asthiemen Decimus, Janus, Februarius adfert.

De numero dierum ejusque mensis.

April ter denos, Jun. Septemberque, November 2.

Unum plus reliqui, viginti Februus octo.

De Calendario Romano.

Prima dies mensis cuiusque est dicta Calendæ.

Sex Nonas Maius, October, Julius & Mars:

Quatuor at reliqui. Dabit Idus quilibet octo.

Inde dies alios omnes dic esse Calendas:

Quos retro numerans dices a mense sequenti.

De

De nonis inveniendis & explicandis.

Ex octo vel sex quavis data summa dierum

Dematur: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 8 und 6 dahin:

So hast du mit dem Rest die Nonas zum Gewinn.

(8) E G (8)

γ Martii. Summa dierum data. 3 Non. Mart.

Inv. 3 Non. Mart. Reliquum 3 Mart. Expl.

(6) * * *

2 Jan. Summa dierum data. 4 Non. Jan.

Inv. 4 Non. Jan. Reliquum. 2 Jan. Expl.

De Idibus inveniendis & explicandis.

Ex octo aut septem geminis data summa dierum

Dematur, reliquum quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 16, 14 hin:

So hast du mit dem Rest die Idus zum Gewinn.

(16) E. G. (16)

9 Maij. Summa dierum data. 7 Id. Maij.

Inv. 7 Id. Maij. Reliquum. 9 Maij. Expl.

(14) * * *

11 Aug. Summa dierum data. 3 Id. Aug.

Inv. 3 Id. Aug. Reliquum. 11 Aug. Expl.

De Calendis inveniendis & explicandis.

Adde dies menti binos, & subtrahe summam

De summa: reliquum, quod petis, ecce dabit.

Nim den gegebenen Tag von 32 (33) hin:

So hast du mit dem Rest Calendas zum Gewinn.

(32) Summa dierum Aprilis aucta. (33)

18 April. Summa dierum data. 14 Cal. Mart.

Inv. 14 Cal. Mart. Reliquum. 18 April. Expl.

* * *

(33) Summa dierum Julii aucta. (33)

27 Jul. Summa dierum data. 6 Cal. Aug.

Inv. 6 Cal. Aug. Reliquum. 27 Jul. Expl.

NB. Im Februario, von 30 Tagen: und im Schalt-

Jahr von 31.

1 C
2 C
3 T
4 P
5 N
6 O
7 S
8 S
9 Q
10 C
11 T
12 F
13 I
14 L
15 D

1 C
2 S
3 Q
4 Q
5 T
6 P
7 N
8 O
9 S
10 S
11 C
12 C
13 T
14 L

CALENDARIUM ROMANUM.

APRILIS habet dies 30. Nonas 4.

1 Calendis Aprilis.	16 Decimo sexto
2 Quarto (ante) Nonas vel	17 Decimo quinto
3 Tertio DC Nonarum A-	18 Decimo quarto
4 Pridie prilis.	19 Decimo tertio
5 Nonis Aprilis	20 Duodecimo
6 Octavo J	21 Undecimo
7 Septimo	22 Decimo
8 Sexto (ante) Idus, vel	23 Nono
9 Quinto DC Idaum Apri-	24 Octavo
10 Quarto lis.	25 Septimo
11 Tertio	26 Sexto
12 Pridie	27 Quinto
13 Idibus Aprilis J (ante) Ca-	28 Quarto
14 Decimo octavo DC lendas vel	29 Tertio
15 Decimo septimo Calenda-	30 Pridie
rum Maji.	

(ante) Calendas vel Calendarum Maji.

MAYUS habet dies 31. Nonas 6.

1 Calendis Maji.	15 Idibus Maji.
2 Sexto	16 Decimo septimo
3 Quinto (ante) Nonas vel	17 Decimo sexto
4 Quartio DC Nonarum	18 Decimo quinto
5 Tertio Maji.	19 Decimo quarto
6 Pridie	20 Decimo tertio
7 Nonis Maji.	21 Duodecimo
8 Octavo	22 Undecimo
9 Septimo	23 Decimo
10 Sexto (ante) Idus vel)	24 Nono
11 Quinto DC Idaum Ma-	25 Octavo
12 Quarto ji.	26 Septimo
13 Tertio	27 Sexto
14 Pridie	28 Quinto
	29 Quarto
	30 Tertio
	31 Pridie

(ante) Calendas vel Calendarum Junii.

A a Ty-

Typus Menfum Universalis.

DIES Menfis.	Martius. Maius. Julius. Oftober.	Januar. Augustus. Decembr.	Aprilis. Junius. Septemb. Novemb.	Februar.
I	Calendæ	Calendæ	Calendæ	Calendæ
II	6	4	4	4
III	5	3	3	3
IV	4	Prid. Non.	Prid. Non.	Prid. Non.
V	3	Nonæ.	Nonæ.	Nonæ.
VI	Prid. Non.	8	8	8
VII	Nonæ.	7	7	7
VIII	8	6	6	6
IX	7	5	5	5
X	6	4	4	4
XI	5	3	3	3
XII	4	Prid. Id.	Prid. Id.	Prid. Id.
XIII	3	Idus.	Idus.	Idus.
XIV	Prid. Id.	19	18	16
XV	Idus.	18	17	15
XVI	17	17	16	14
XVII	16	16	15	13
XVIII	15	15	14	12
XIX	14	14	13	11
XX	13	13	12	10
XXI	12	12	11	9
XXII	11	11	10	8
XXIII	10	10	9	7
XXIV	9	9	8	6
XXV	8	8	7	5
XXVI	7	7	6	4
XXVII	6	6	5	3
XXVIII	5	5	4	Prid. Cal.
XXIX	4	4	3	
XXX	3	3	3	Prid. Cal.
XXXI	Prid. Cal.	Prid. Cal.	Prid. Cal.	

Auni intercalaris Febr. sunt 29. dies & 17. ante Cal. Mart.

Kurzer Anhang.

I. Von der
ORTHOGRAPHIA.

§. I. Die Orthographia lehret, wie man soll recht schreiben. Man hat aber bey derselben fürnemlich auf die Origination oder Herstammlung eines Worts zu sehen, und sich darnach zu richten, als:

Audacia (nicht *tia*) von *audax*, *audacis*.

Divitiae (nicht *cæ*) von *dives*, *divitis*.

§. II. Ph, ch, th, und y haben bey den Lateinischen Wörtern nicht statt, wo sie nicht können aus dem Griechischen φ, χ, θ, υ, hergeleitet werden, als:

Bosporus, nicht *Bosphorus*, Gr. βόσπορος.

Tropæum, nicht *Trophæum*, Gr. τρόπαιον.

Sepulcrum, simulacrum ohne h, vom Supino sepultum, simulatum: wie lavacrum von lavatum.

Hingegen schreibt man Bacchus, Gr. βάκχος.

Saccharum, Gr. σάκχαρος.

§. III. Der Griechische Diphthongus αγ wird lateinisch mit æ, oi mit œ, und ει mit einem i oder e geschrieben, Als:

Diæta, Gr. διαιτα. Mæcenas, Gr. μακενας.

Mœchus, Gr. μοιχός.

Idolum, Gr. εἰδωλον. Museum, Gr. μουσεῖον.

§. IV. Den letzten Buchstaben von ad, con, in, sub, ob, kan man in Compositione behalten, oder propter Euphoniam in den nächsten Buchstaben verwandeln. Man findet bey den Alten handes. Als:

Adfectus, adsideo, inlustris &c.

Affectus, affideo, illustris &c.

§. V. Das s wird im Ansange eines Worts oder Syllben füglich lang, und am Ende kurz geschrieben:

A a z

als:

als: Serpens: also auch, wenn in der mitten zwey s zusammen kommen, als: dissimilis.

§. VI. Ein gedoppelt i muß nicht mit einem y oder ij geschrieben werden, als: Marij, sondern Marcii.

§. VII. Die Accente werden im Lateinischen füglicher ausgelassen, als gesetzet. Denn gleichwie man mensis des Monath, und mensis den Tischen, amor, amoris, (Verbum und Nomen) und unzählbare Wörter mehr ohne Unterscheidungszeichen setzen: also kan man auch die Ablativos und Adverbia an sich selbst unterscheiden.

§. VIII. Die grossen oder Versal-Buchstaben gebraucht man in der Current-Schrift im Anfange eines Periodi: imgleichen bey den Nominibus Propriis und Dignitatum: und bey den Vocabulis Technicis oder Kunst-Wörtern, als: Adamus, Berolinum, Berolinensis, Iacobus, Rex, Genus, Species, Apocope. Doch wird solches bey den nominibus dignitatum und vocabulis technicis von vielen nicht unbillig für unnöthig erachtet.

§. IX. In fremden Wörtern, so man Lateinisch schrebet, soll man auch allein Lateinische Buchstaben gebrauchen, als: Psalmus, nicht psalmus.

§. X. Ein Consonans, der zwischen zweyen Vocalibus steht, gehört zur folgenden, nicht zur vorhergehenden Syllbe. Als: A-ma-bamus. Di-xe-ra-tis.

§. XI. Diejenigen Consonantes, die im Anfange eines Worts zusammen befunden werden, die soll man auch in der mitten nicht trennen, solche sind: ct, gn, mn pb, th, pr, pt, sc, sm, st, &c. Darum, wenn ein Wort am Ende der Zeile muß getheilt werden, soll ich mit Zusetzung dieses Zeichens-oder schreiben. Als: Do-ctus, i-gnis, o-mnis, di-phthon-gus, i-pse, a-ptus, pi-scis, Era-simus, P-astor.

Not. Also wollen es die Grammatici haben, und dabei kan man auch wol bleiben. An sich selbst aber ist's gar nicht ungereimt, wenn ich die Syllben also zertheile schreibe, wie ich sie ausspreche. Als: Ab-de-men, ig-nis, om-nis, pis-cis, ves-ter, ap-tus, Conf. Scal. Lib. de Causis L. L. C. 4.

§. XII.

§. XII. In den Compositis muss ein jeder Buchstabe zu der Syllben gezogen werden, zu der er außerhalb der Composition gehöret. Als:

Ab-i-go, ad-o-ro, cog-no-sco, os-ten-do, prof-odia, abs-tra-ho, anim-ad-ver-to, præter-ea, inter-ea.

Ag-na-tus, a-sper-go, cog-ni-tus, ad-u-stus.

Dipu-to, dis-tin-guo, et iam, sic-ut, sub-i-re.

Als auch in den Wörtern Griechisches Ursprunges. Als:

A-thle-ta, cat-e-che sis, cat-e-go-ri-a.

Chor-a-gus, dys-en-te-ri-a, ex-o-dus.

Ecl-i-psis, ep a na-le-plis, ev-an-ge-li-um.

§. XIII. In der alten Römer Schriften wird oft ein ganzes Wort durch einen einzigen grossen Buchstaben bedeutet. Als:

A. bedeutet Aulus, C. Cajus, D. Decius, L. Lucius, M. Martius, P. Publius, Q. Quintus, T. Titius &c.

Dessgleichen bedeutet P. C. Patres Conscripti. R. P. Republica. P. R. Populus Romanus. S. P. Q. R. Senatus Populusque Romanus. A. U. C. Anno Urbis Conditæ. Cos. Consul. Consules. S. P. D. Salutem plurimam dicit.

§. XIV. Wenn zwey Vocales zusammen kommen, und doch nicht als ein Diphthongus zu einer Syllben gehören: so setzen einige über den letzten 2. Punctlein (puncta diætica) aér, poëta.

H. Von den DISTINCTIONIBUS.

§. I. Distinctiones oder Interpunctiones sind Zeichen, womit man im Schreiben zu desto deutlicherem Verstande die Wörter und Rederecht theilet und unterscheidet. Und solche Zeichen sind folgende:

§. II. Comma ist ein gerades oder krummes Strichlein (,,)

Colon sind zwey Puncte (:)

Semicolon ist ein halbes Colon (;)

Punctum siehet zu Ende eines Periodi (.)

Diese vier Signa finden sich in diesem Exempel:

Quod si nihil est tam contra naturam, quam turpitudo; nihilque tam secundum naturam, quam utilitas:

Aa 3



tas : certe in eadem re utilitas & turpitudo esse non potest. Cic.

§ III. Signum interrogationis oder ein Frage-Zeichen
Si (?)

Signum exclamationis oder admirationis, wenn man sich über ein Ding verwundert oder über etwas ausruft, ist (!)

§. IV. Parentesis ist, wenn man etliche Worte in einer Rede, zu der sie eigentlich nicht gehören, zwischen zweyen Häckchen einschiebet. Als :

Perdifficilis, Brute, quæstio est (quod tu minime ignoras) de natura Deorum. Cic.

Asteriscus ist ein Sternchen (*), womit man etwas merkwürdiges bezeichnet.

§. V. Signum divisionis ist, wenn ein Wort zu Ende nicht kan ausgeschrieben, und daher muß zertheilet werden (- oder -)

Signum oder Nota Apostrophi ist, wenn ein Vocalis zu Ende ausgelassen ist. Als egon', segn' es.

Signum citationis ist, welches man in margine setzt, wenn man etwas aus andern Büchern anziehet. (")

PRECATIO SCHOLASTICA MATUTINA.

GRATias tibi agimus, alme ac cœlestis Pater, ex animo in nomine Iesu Christi: quod nocte pulsâ nos rurus salvos gratiae hujus diei luci reddidisti. O Pater lumen, qui e tenebris iustisti prodire lucem, concute ac penetra pectora nostra verbi ac Spiritus tui efficacia: & expelle ignorantiae ac errorum tenebras. Fac in nobis exoriri rosaliam gratiae tuae auroram, animisque nostris inde clarissimum Spiritus tui fulgorem: ut divino piezi lumine vere ac lucide agnoscamus Te, Patrem benig-